Confirmatio

Sigismundus etc. Significamus etc.

Oblatas nobis esse nomine dedicatarum Virginum Conventus Monialium ordinis Sancti Bernardi in Stradomia extra muros civitatis nostrae Crac. dict. litteras infrascriptas sigillo Civitatis nostrae Cracovien. munitas certum testimonium de ordinatione bonorum dedicatae olim Elisabethae Iwarpeschanska Monialis eiusdem conventus tempore pestis iuxta consuetudinem recepta et plebiscitum eiusdem civitatis facta in se continen. sanas salvas omniq. suspicione carentes. Supplicatumq. nobis est ut eas authte nostra Regia approbare et confirmare dignaremur quarum quidem literarum tenor talis est. Tenor Secunda etc. Nos itaq. supplicationi praedictae benigne annuen. literas praeinsertas atq. ad eas ordinationem praefatam Virginum praedictarum in omnibus punctis clausulis et articulis approbari et confirmari esse duximus approbamusq. et confirmamus praesentibus defectus omnes si qui forte ex iuris rigore propterea non servatas solennitates iuris quae tempore acerrimae pestis, sub qua ea ordinatio facta est rite servari non potuerunt eidem obiici possent amovemus eosq. ex plenitudine authoritatis nostrae Regiae supplemus Bona insuper praedicta virtute eiusdem ordinationis ad Conventum praedictum spectantia ex iurisditione Civili eximimus libertatibusq. et immunitatibus omnibus Ecclesiasticis quibus Monasteria mendicantium in Regno nostro gaudent, ascribimus adiungimus et incorporamus eademq. ab omnibus oneribus et quibuscunq. exactionibus tam civilibus quam nostris Regalibus quamdiu in possessione earundem Virginum fuerint absolvimus et liberamus. Mandantes omnibus in universum Magistratibus et officiis Civitat. nrae Crac. ut eadem bona pro bonis spiritualibus habeant dictasq. Virgines in possessione earum pacifica conservent et ab aliis conservari curent. In quorum omnium fidem et testimonium sigillum nostrum praesen. literis manu propria nostra subscriptis est appressum.

Mandatum ad cons. Crac.

Sigismundus etc.

Nobilibus Famatis Advocato et Scabinis Civitatis nrae

359

Crac. Fid. nobis dilectis gratiam nram Regiam. Nobiles et Famati Fid. nobis dilecti. Habet Conventus Dedicatarum Virginum Monialium ordinis S. Bernardini extra muros Civitat nostrae Crac. in Stradomia sit certa bona per Dedicatam olim Elisabetham Famati olim Joannis Warpeska Civis Crac. filiam sibi inscripta. Mandamus itaque Fid. vrbus ut quamprimum eo nomine per praefatas Virgines vel earum Mandatarium admonitae fuerint, eadem bona sine ullis tergiversationibus in possessionem earundem tradant. Tandemque si ipsis videbitur ut resignationem eorundem bonorum petant, eam Fid. vrae per Seniorem Scabinum fieri sine diffugijs curent. Pro gratia nra officijsque suorum debito.

Mandatum ad ius supremum

Sigismundus etc.

Spectabilibus et Famatis Advocato et Scabinis Juris Supremi Castri Crac. Fid. nobis dilectis gratiam nostram Regiam. Sples et Famati Fid. nobis dilecti. Intercedit Generoso Jacobo Zielenskij Aulico et Secretario nostro Actori cum Famato Joanne Dambrowskij citto occasione violentae occupationis certae domus Lapideae Crac. in platea Fenili consistentis Causa et actio quae per appellationem a Judicio inferiori Civili Crac. in Judicium Fid. vrarum devoluta vel devolvi est. Mandamus itaque Fid. vrbus quod si aliqua partium Fid. V. sententia gravatam esse existimaverit in hacque causa ad nos et Judicium nrum provocaverit, ut non ad Commissarios sex Civitatum sed ad Judicium nrum Regium appellationem admittat secus Pro gratia debitoque officiorum vestrorum Fid. V. non facturi. Dat. Warsaviae etc.

MANDATUM

Generosis Spectabilibus et Famatis Valentino Krzepiczky Tesauri nostri Notario Joanni Spigleio Joanni Warmano Martino Vibayslo Consulibus Paulo Penes Advocato Friderico Schmaltz Supremi Judici Scabino Sebastiano Michalskij Scabino Judicij Civitatis nrae Crac. et Stanislao Budzinskij Fid. nobis dilectis gratiam nram Regiam. Fideles dilecti auxilius est nobis Famatus Joachimus Heindersfeld porrecto supplici libello quod Fid. V. in controversijs quas ei